

Pars

I

Proinde necesse est ut sanctitas vestra hac de te personam instituat cum qua romana ecclesia aliquid debeat solide diffinire. ut siue nihil debet ex iudicio pateat siue si aliquo debuit et restituet persona quam instituitis se curitatem solenniter emittat

Gregorius ianuatio caralitano epo lxxxj.

Scriptis tuis cor nostrum letificas si dinosceris quod te mandatorum nostrorum memoriam fuisse testat es. Et quia memoriter retinemus ea que nos fraternitati tue mandasse commemoras que admodum disponendum sit ubi voluntate nostre expectatur auctoritas. Scriptis breuiter presentibus respondemus liberatus igitur de quo nobis tua fraternitas indicauit diaconi fungi prohibetur officio si a decessore tuo non facturus est cardinalis ordinatus a te diacono nulla que ratione preponi: ne eos quos consecrando probasse cognosceris reprobare subponendo quodammodo videaris: Predictum namque liberatum quem reprimentus ambitionis inflat spiritus omnium instantia ab intentionis sue prauitate cõpescere ævltimum inter diacones constituit ne dum se illicite preferri contendit immeritus loco in quo nunc est iudicetur. Cuius tamen si obedientia fueris inuitatus et eum post hec facere cardinale volueris nisi pontificis sui cessione solenni more nuerit abstinentus ab eius incarnatione memineris quoniam equitati conuenire non ambigis ut alijs seruate non differas quod per se quoque tibi seruari non differas.


Gregorius hilario monacho africe lxxxij.

Helicissimus atque vincensius dyacones ecclesie lanugenis oblata petitione que tenetur in subditis suggesterunt ab argento eiusdem ciuitatis Episcopo grauem se in iusticia pertulisse et accepto premio donatistas in ecclesijs fuisse prepositos Eumque inter alia non leue aliud facinus quod dici nequeas commisisse commemorant. Propterea experientie tue presentis precepti pagina duximus iniungendum. quatinus prefatum episcopum ydonee satisfactione committere non obmittas tuamque instantia in locis illius fiat ex iudicio concilium ut si oblata petitionis canonice textum coram positus patribus subtili indagatione perquirant: et quecumque eorum fuerint iudicio terminata te exequente modis omnibus compleantur. Ita ergo cum omni viuacitate huic cause te prebere instantiam ut ad examinanda que iussimus nulla possit subnecti dilatio sciturus non leue te offensa incurere si nostra fuerit quacumque ex causa letanta preceptis

Fo

XV

Incipiunt capitula Inditidis. x.



Solennitas anime deuotionis filii dilectissimi nos admonet: ut letaniae que maiora ab omnibus appellatur sollicitis ac deuotis debeamus auxiliante domino metibus celebrare per quam a nostris excessibus emiculpantes purgari aliquatinus mereamur. Considerate etenim nos conuenit dilectissimi quam variis continuisque calamitatibus pro nostris culpis atque offensionibus affligamur. Et qualiter celestis pietatis nobis subinde medicina subueniat. Sexta igitur feria veniente a titulo beati Laurentij martiris qui appellatur lucine egredientes ad beatum Petrum apostolorum principem domino supplicantes cum ymnis et canticis spiritualibus propter nos et ibidem sacra misteria celebrantes tam de antiquioribus quam de presentibus beneficiis pietati eius in quantum possumus referre gratias mereamur.

Gregorius petro Notario ij.

Monasterium sancti Archangeli quod Tropaeis est constitutum indicat preuentium portioe videtur habere necessitatem didicimus. Ideoque experientia tua diligenter inuigilet et si eiusdem loci monachos bene se tractare noueris et in quibus eos ne cessitate habere manifesta veritate potueris agnoscere eis subuenire hac auctoritate suffultus modis omnibus festinabis sciturus tuis rationibus esse quod nra preceptione prebueris imputandum. Sed et terrula ecclesie nrae vicinam sibi quam solidum unum et tremis ses duos pensitare asserunt. si ita est libellario nomine ad summam tremisset unum habere cõcede. Studij gratia tui hec omnia sit ita cõplere si est sicut diximus ut eius loci monachi in dei seruicio sicut decet solertes existant.

Gregorius preiectue episcopo iij.

Deruenit ad nos peccatis imminetibus in ciuitate nra. narmensi metropolitane oino crassari que res nos nimis addixit. Quobrem salutates fraternitatem tuam instantissime suademus ut a longobardorum qui in eodem loco degunt ad monitione siue exhortatione nulla ratione cessetis et maxime gentiliū hereticorum ut ad veram etiamque fidem conuertatur. Sic enim aut diuina misericordia pro sua forsitan conuersione et in hac vita subueniet aut si eos migrare contigerit a suis quod et magis optandum est transunt facinoribus absoluti.